



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XI. Iesus gestans coronam spineam, & purpureum vestimentum,
exhibetur populo spectandus, mortiq[ue] adjudicatur à Præside.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

**DOMY-
RICA
PASSIO-
NIS XX-
PLICA-
TIO.**
Contun-
ditur.

Thren. 2
serandum in modum affectum
denuò conspuerent cõtunderent-
que : & quidquid contumeliæ ,
contemptus , molestiæ , asperna-
tionis , vilipensionisque diaboli-
co suo poterant corde concipere ,
agno mitissimo irrogarent. Iam
caput agitabant , jam fremebant
dentibus in eum præ furoris insa-
nia , ut Propheta ait : quandoqui-
dem nesciebant quid in eum af-
flictionis & pœnæ , quidve con-
tumeliæ conferrent. Semper enim
sævum cor eorum magis illum
torquere cupiebat , nec cruenta
eorum sitis potuit expleri crucia-
tibus. Hinc genua flectentes , ir-
ridiculè adorabant eum , dicen-
tes, *Ave Rex Judæorum.* Quia verò
Christus omnia hæc mirum in
modum patienter ferebat , ita ut
ne semel quidem faciem suam ab
eorum verberibus & sputis aver-
teret ; tanto agitabantur furore , ut
exsistentes è terra , rapta è manu
ejus arundine , horribiles in cap-
ute ejus ictus darent , quibus spi-
narum aculei altius sancto illius
cerebro infigebantur : aded ut hæc
pœna etiam cor illius attingeret ,
pretioso sanguine ubertim per a-
mabilem faciem atque collum e-
fluente. Nihilominus sedebat il-
lic agnus innocens pleno affectu ,
omnemque hanc profus inhu-
manam afflictionem & pœnam
pro nostris fœtidissimis peccatis ,
ad æterni Patris gloriam patienti-
tissimè tolerabat.

Ridicule
adoratur
Mat 27.

Arundi-
necaput
percussit-
ur.

5.
Hi orn-

dite , quanta sint peccata veltra ,
quæ tali castigatione , tam severa
correctione expiari oportebat.
Nisi graviter offensus fuisset æ-
terni Patris animus , numquã Fi-
lius Dei tanta pateretur. Itaque in
suum peccator quisque cor des-
cendat : ibique altis suspiriis &
acerbis lacrymis se horum imma-
nium Christi cruciatuum causam
esse fateatur atque agnoscat. Et
tu, sancta ac Dei amans anima, vi-
de ut sponsus tuus purpuream
coccineamque vestem gestet nu-
ptialem, in evidens argumentum
atque signum ineffabilis pietatis,
& incomprehensibilis charitatis
suæ. Vide ut in ipso desponsa-
tionis suæ die, viridem ferat co-
ronam, rubentibus ornatam ro-
sis, id est, roseo suo tinctam san-
guine : hoc ipso significans pium
se esse ac mansuetum Regem, ve-
rumque Principem amoris.

ciatus
docens
quanta
sit Deu
contra
peccato-
res ira
severitas
justitia.

Cant. 3.

Corona
Sponsi.

CAPUT XI.

*Jesus gestans coronam spineam , &
purpureum vestimentum , exhi-
betur populo spectandus , mortisq;
adjudicatur à Præsede.*

1. Offenditur Dominus spinis coronatus , sub
miserrimo schemate populo spectandus.
2. Pilatus hoc facto cupiebat cõpassionem Chri-
sto conciliare apud Judæos.
3. Sed Judæi immittiores facti , ipsum ad cru-
cem postulabant. Hinc inastimabili Christi do-
lor.
4. Pilatus Christum Dominum morti adjudi-
cat. Injustissima sententia.

Cum satellites diaboli tam in-
humaniter Jesum tractassent ,
omnemque in eum virulentam
P 2 mali-

1.
Exhibe-
tur spe-

DOMI- malitiam suam effudissent, nec sic
NICAE tamen ardens Judæorum furor &
PASSIO- odium refrixit, nec sitis eorum
NIS EX- cruenta extincta est. Neque im-
PLICATA- pii illi contenti erant Dei Filium
TIO- tam turpiter illuisse, atque ha-
standu- buisse contemptui coram omni-
populo- bus illis qui in Prætoris ædibus
Iesus co- rantur spem
ronam spi- meam por-
tans.
Ioan. 18. 19. non fuerat ausus ingredi Præto-
rium. Nam cum Pilatus profa-
nus & ethnicus esset, fas non ha-
bebant Judæi subire testum il-
lius. Verebantur contaminari, si
Ethnici domum ingrederentur;
nec tamen metuebant innoxium
Christi sanguinem in se recipere.
Paschalem edere agnum cupie-
bant, nec formidabant verum il-
lum Paschalem agnum injustè ne-
ci tradere. Itaque Pilatus Iesum
tam dirè excruciatum turbæ fe-
rocienti spectandum exhibuit,
dicens: *Ecce adduco vobis eum
foras.* Videte quàm graviter in
eum animadversum sit, quàm di-
ris sit verberibus castigatus. Quæ-
so advertamus nunc, idq; ingenti
cum compassione, quàm mise-
rabiliter illic Dominus steterit,
veste rectus contemptibili ac de-
ridicula, spineam coronam sce-
ptrumque arundinum gestans,
cruentis vulneribus, membris at-
tritis, horribili ac squalido corpo-
re, & præ frigore tremebundo,
sanguinemque distillante. Aspi-
ciamus etiam interno cum dolo-

*Ecce ho-
mo.*

*Spe. Facu-
lum im-
mensi do-
loris.*

re amabilem vultus ejus, in quem
desiderant Angeli prospicere, mi-
serandum in modum immitibus
affectum plagis & tumidum, un-
guium discriptione lacerum, ce-
rebro ac sanguine pariter mixtis
infectum & decoloratum, phleg-
matibusque scædum, ita ut huma-
nam speciem amiserit. O quem
ista non moveant! Meritò cordis
nostri ocalis semper opponere-
mus istud objectū, nempe cruen-
tum corpus, deformem vultum,
& spinis coronatum caput Domi-
ni Iesu.

Cum ergo ita Christum Pila-
tus populo præsentaret, ait: *Ecce
homo.* quasi diceret; Vel nunc con-
quiescat sanguinaria sitis vestra:
ecce hominem. Vel nunc suffi-
ciat vobis, cessate modò persequi
sanguinem innoxium: præter fas
namque & æquiritatem, contra
mentem & conscientiam meam,
hominem hunc innocentem tam
dirè ipse castigavi, ut furibun-
dam sedarem iracundiam ve-
stram. Sit igitur satisfactum
vobis, & præstate vos homini
nihil malè merito benignos; e-
nimverò homo est. Compatia-
mini carni, sanguini, atque co-
gnato vestro: sæva tyrannis in cle-
mentiam, odiumque in charita-
tem transeat: misereat vos immi-
tium poenarum ejus, quibus eum
corruptum cernitis; neque enim
bestia est, sed homo. Non ullus
umquam latro, vel scelestus quis-
piam, ita ad nihilum redactus est,
suisque pro facinoribus tam indi-
gnè

1. Pet. 2

Ioan. 19
Populum
ad com-
passionem
Christi
inclinare
voluit Pi-
latus.

Ecce ho-
mo,
quid si-
gnifica-
bat.

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
TIO.

3.
Sed inde
populus
effertior,
eum
ad crucis
penam po-
stulabat.

Mat. 27.

Pilatus
amovet à
se mortis
Christi
culpam,
Iudaei eam
sibi im-
precantur.

Manum
inde Chri-
sto dolor
quasi tu

gnè tractatus, ut iustus iste, qui totus innocens est. Si despexistis eum quòd se Regem dixerat, iam nunc recipite eum, quem miserimum & abjectissimum omnium videtis.

Cùm igitur Iudæi sævissimi hæc audirent, viderentque Iesum tam deformem coram astantem, ferreum eorum pectus neutiquàm emollitum est; quin potius ad majorem excanduit livorem & invidentiam, adeò ut feroci animo clamarent: *Tolle, tolle eum, nec aspiciere quidem illum possumus. Crucifige, crucifige eum, nihil post hac excusationis recipimus: reus est mortis. Videns Pilatus nihil se proficere, sed actum agere, nec quidquam valere quidquid vel diceret vel faceret pro Christo liberando, insania ac furore Judæorum magis ac magis increfcente, manus suas coram impia plebe lavit, dicens: Innocens ego sum à sanguine innoxio iusti huius; vos videritis. At illi incomposito & horribili sonitu vociferabantur: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. O inaudita invidentia! ò odium execrandum! Quàm putamus molestum fuit piissimo Domino, cujus natura bonitas est, cùm inspiceret fraudulentum ac pestiferum fundum plebis suæ, quanta sævitia, quanto odio flagraret, quàm sitiret sanguinem suum, ut seipsum & omnes posteros suos æternæ maledictioni horribiliquæ ultioni divinæ addicerent, tantum ut Christum neci da-*

rent, & crucifigerent?

Hinc jam Pilatus mortis sententiam tulit in Christum, tradens eum manibus Judæorum, ut eum crucifigerent, & interficerent pro voto suo. Ah! cujus cor non exhorreat, dum attendit, vitæ auctorem morti esse adjudicatum! O iudicium iniquum! ò injusta crudelisquæ damnatio! ò iudex perverse! jamdudum nullam in eo causam invenisti, & nunc eum morti adjudicas? Jamjam justum eum affirmabas, & nunc ad crucis mortem condemnas? Paulò antè fatebaris, Judæos odio & invidia stimulos eum tibi obtulisse, culpamquæ omnem ab eo abesse; & modo impiis hostium suorum manibus crudelissimamquæ illorum voluntati tradis? O! quis sibi temperet à lacrymis, reminiscens amabilem Dominum, agnum innocentem, cruentis traditum esse manibus Judæorum, ut suam in eo explerent voluntatem? Quid facturi sunt jam iudicis obtento consensu, qui tanta attentare ausi sunt non jubente Præside? Quomodo suam in Christum effusuri sunt iracundiam, quam tamdiu suo gestarunt in pectore? Nimirum quidquid malitiæ concipere poterunt, in ipsu exercerunt. Amarissima, ignominiosissima, maximeque cruciabili ac contemptibili morte, quam quidem excogitare poterunt, ipsum afficient, quandoquidem ipsorum voluntati traditus est.

4.
Mar. 15.
Cochus à
Iudæis
Pilatus
Christum
morti ad-
judicavit.

Injustif-
sima sen-
tentia
omnium
que ab
ullo un-
quam ju-
dice lata
fuit.

Sævitia
Iudæorum
hæc sum
Christi.

